



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Honorivs IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Nos licet immeriti, vicem eius tenentes in terris, qui etiam Iudaicam perfidiam, à sua misericordia non repellit: libenter pro illius populi ob cæcatione labores appetimus, vt affectum nostrum diuina prosequente clementia, cognita veritatis luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruanur. Porro quia Iudæorum ipsorum, quasi per vniuersum mundum, diuino iudicio, prauis dispersio ipsos ad recipiendum Sacramenta fidei, ac doctrinam commodè in vnum conuenire non patitur, necessitate nos voluntarios vrgente, compellimur per diuersas mundi partes, diuersos seminarios eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem vniuersaliter, & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios sub spe diuina gratiæ, mentis nostræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbilibet per opera vitia, & exempla laudabilia fructuosus: & ex data tibi diuinitus gratia scire te confidamus & posse fructus vberes in domo Domini germinare: Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spiritualis gratias largiri, tales vmbrarum tenebris obcæcatis, in commissa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis: quos ad hoc honestate morum, experta scientia, probitatis virtutibus, circumspectione prouida, & experientia comprobata, idoneos esse cognoueris: & quorum industria atque doctrina sed tenebrosas mentes radiorum repercussione clarificet, & obstinatas ceruices reprimat peruerforum; Iudæos eosdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter conuocanda semel & pluries, ac toties repetitis instantijs, quoties proficere posse putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, salutaribus monitis, & discretis inductionibus, Euangelicis doctrinis informans ipsos studeas, iuxta datam tibi à Domino gratiam fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis: vt venati fonte baptismatis, reluceant in lumine vultus Christi, & ex inde chorus angelicus delectetur. Tu quoque, ac alij, quos ad prosecutionem tanti negotij duxeris eligendos, perennis boni præmium, nostramque benedictionem & gratiam, vbis de bono in melius vendicetis. Et vt affectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater Ecclesia percipiant per effectum: tu illo ex eis, quos ad susceptionem facti baptismatis gratia diuina perduxerit, Prælaris, ac dominis locorum, in quibus tales habitare contrigerit, ex parte nostra affectuosissime recommends: vt Deo gratias in recuperata oue deperdita, & filio prodigo redeunti, vitulum exultationis, & gaudij exhibentes, eos charitative foueant, fauoribus muniant, benigne pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per Iudæos, vel alios indebite molestari permittant: quin potius in omnibus fauorabiliter ipsis assistant auxilijs opportunis. Sed si forte (quod absit,) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata perfidia, perdurantes, & velut aspis surda, suas aures incredulas obtutantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant: vt de tenebris ad lucem exeant, incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutates conuersiones, aspernanter effugerent, de istis (si tales inueneris) qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omittas: vt circa pertinaces huiusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmissis audis nostris conceptibus, iuxta nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotium prosperetur, & qualem fructum seminata semina reprodunt, Datum Viterbij ij. Noni Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

Concor. referri. Pauli III. incip. Culpantes. quod habes infra.

HONORIVS III

Iubet vt Parmensis communitas citata sistat se coram Romano Pontifice receptura pœnas debitas quibus impetum vulgus eius ciuitatis fecit in inquisitorem hereticæ prauitatis, ac in monasterium eiusdem, eo quod hereticam quandam relapsam curia tradiderat seculari, vltimo supplicio feriendam.

Edita anno Domini 1285.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.



**M**ONORIVS. Episcopus seruus seruorum Dei, honorabili fratri Episcopo Parmensi Salutem & Apostolicam benedictionem.

**M**OLIM, sicut accepimus, dilectus filius frater Florius ordinis Prædicatorum, inquisitor hereticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, à Sede Apostolica deputatus: quandam mulierem crimine dictæ prauitatis infectam, quam post abiurationem ipsius criminis, in idem compererat fuisse relapsam, de crimine ipso sententialiter exigente iustitia, legitime condemnauit: que subsequenter curiæ seculari relicta, de mandato Potestatis Parmensis, fuit propter hoc incendio deputata. Vetum nonnulli, qui in loco incendij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alij, ex diuersis prædictæ ciuitatis partibus confluentes, diabolico spiritu concitati, ad locum fratrum dicti ordinis, in ciuitate prædicta morantium, hostiliter concurrerunt: ac in prædictum locum, impetum facientes, valuas Ecclesiæ confringere, tecta lapidibus obruere, & officinas loci eiusdem violenter ingredi præsumperunt: ac libris, vestibus, & rebus alijs eorundem fratrum inique direptis, nonnullos ipsorum verberibus, ac vulneribus affecerunt, quorum vnus post paucas dies, ex illatis sibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres, his alijsque diuersis iniurijs, damnis, & grauaminibus per eisdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco,

A  
co, absque personarum periculo remanere, exinde cedentes malitia recesserunt. Cumque tam grauis  
excessus tamquam notorius, ad venerabilis fratris nostri L. Ostien. Episcopi, tunc in partibus illis Apo  
stolicae sedis legati, notitiam peruenisset, idem Episcopus intellecto, quod illi per quos tunc praedicta  
ciuitas regebatur, & commune ipsius ciuitatis, ad correctionem tam enormis, & euidentis facinoris,  
prout spectabat ad eos, procedere negligebant: Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, con  
siliium & commune ciuitatis eiusdem, per suas litteras sub certa forma citauit: vt iidem Potestas, &  
Capitaneus, vel eorum alter cum certo Ambassiatorum numero, & sufficienti syndico ciuitatis praefa  
ta, coram eodem Episcopo, certis loco & termino personaliter comparerent. Et licet dictus Capita  
neus, cum quibusdam Ambassiatoribus & syndico in praefixo termino ad ipsius legati praesentiam ac  
cessisset: quia tamen iuxta formam citationis praedictae, nullus pro dicto communi sufficiens syndicus  
comparuit coram eo, etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: Idem Episcopus praef  
atos officiales & commune reputans contumaces, propter hoc in ipsos officiales & consiliarios ciuita  
tis eiusdem, excommunicationis, & in ciuitatem praedictam interdicti, sententias promulgauit: Post  
modum vero Ambassiatoribus, & syndicis dicti Communis, fel. recor. Martino Papae praedecessori no  
stro humiliter supplicantibus: vt cum officialibus & commune ciuitatis ipsius, parati essent super huius  
modi contumacia eiusdem praedecessoris & Apostolicae sedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de  
stando iniuri, super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis impendere sufficientem, iuratoriam, &  
fideiussoriam cautionem, praefatas excommunicationis & interdicti sententias facere relaxari: praede  
cessor ipse volens in hac parte non asperitatem rigoris, sed lenitatem <sup>† lenitatem.</sup> mansuetudinis obseruare, cautio  
nem eandem nomine Potestatis, Capitanei, & aliorum praedictorum, ab Ambassiatoribus & syndicis  
praefatis oblatam, & pro parte etiam adimpletam, admisit: ubique suis dedit litteris in mandatis, vt  
receptis a praefato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille Marchis ar  
genti, quod super praedictis omnibus, dicti praedecessoris, & Ecclesiae Romanae mandatis & beneplaci  
tis parerent omnino, illis quos eiusdem excommunicationis contingebat sententia, iuxta formam Ec  
clesiae beneficium absolutionis impenderet, si illud a te humiliter postularent: ac interdictum huius  
modi sublata difficultate, auctoritate Apostolica relaxares, iniuncto talibus, quod de iure existeret in  
iungendum: & nihilominus Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, consiliarios, & com  
mune praefatos, ex parte praedicti praedecessoris peremptorie citare curares, vt infra vnus mensis spa  
tium post citationem tuam, per se vel per syndicos, seu Procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instru  
cti, coram praedecessore comparerent praedicto, super excessibus, offensis, & iniurijs huiusmodi ip  
sius praedecessoris & Apostolicae Sedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi super his, quod or  
do exigeret rationis. tuque mandatum Apostolicum fuisi super hoc, iuxta formam per praedictas lit  
teras tibi traditam executus. Et quamquam Potestas, Capitaneus, Anciani, Primicerij, consiliarij, &  
commune praefati, per syndicos infra huiusmodi terminum eis a te praefixum coram praedecessore com  
paruerint supradicto, nullus tamen in huiusmodi negotio ulterius habitus est processus. Nos igitur in  
huiusmodi negotio iuxta officij nostri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuae per  
Apostolica scripta mandamus, quatenus Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, consilia  
rios, & commune praedictae ciuitatis, ex parte nostra per te, vel per alium, peremptorie citare procures,  
vt infra vnus mensis spatium post citationem huiusmodi, per se vel per syndicos, seu Procuratores ido  
neos, ad hoc sufficienter instructos, nostro se conspectui representant: super excessibus, offensis, & iniu  
rijs supradictis, nostris & eiusdem sedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi super  
his, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis & formam, & quidquid inde feceris, nobis per  
tuas litteras harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum Romae apud Sanctam Saba  
nam. Non. Maij Pontificatus nostri anno primo.

HONORIVS PAPA III.

*Filij haereticorum, credentium, receptatorum, fautorum, & defensorum, qui ad Ecclesiam reuertuntur, & pro culpa commissa ad mandatum Ecclesiae penitentiam recipiunt, quam vel ipsi perfecerunt, vel prosecutioni eius insistant, vel parati sunt dum viuunt ad recipiendam eandem, non obstante parentum peccato, si non sint de haeresi suspecti, & in deuotione ac fidelitate Ecclesiae persistunt, ad omnia secularia officia & beneficia, etiam si dignitates existant, assumi libere valent: & si litterati sint, ad omnes ordines possunt promoueri.*



HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio fratri Galgano de Eugubio ordinis fratrum Minorum inquisitori haereticae prauitatis in Ducatu Spoletan. Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXHIBITA nobis dilecti filij Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerij militis Spoletan. primo continebat, quod olim significantibus felicis recordationis Alexandro Papa praedecessori nostro inquisitoribus prauitatis haereticae per Italiam deputatis, quod frequenter a Sede Apostolica committebatur eidem, vt tam haereticos credentes, fautores, & receptatores haereticorum, quam ipsorum filios & nepotes puiandi dignitatibus,

Edita anno Domini 1286.

Ex Archiuo coenaculi S. Francisci de Assisio.